

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Parentes p  
cum fonte primo

Docet nos Christus usque ad ultimam  
respiracionem parentum diligenciam habere.

Ipse uero et cum crucifigeretur.  
commendat matrem discipulo  
erudiens nos usque ad ultimam respirationem  
omnem facere diligentiam. eorum qui genuerunt.

Iohannes Chrysostomus, *Explanatio in sanctum Iohannem*, 85 (Paris, BnF MS lat. 15284,  
fol.151va, ll.31-35). cf. PG 59, col.461, ll.32-35.

Quia enim aliis mulieribus astantibus nichil dixit,  
docet nos plus aliquid impendere parentibus.  
Sicut enim aduersantes genitores ad spiritualia  
nosse non debet, ita quando nichil impendunt,  
omnia debet eis prebere ante alios  
quia genuerunt, quia aluerunt.

Crisostomus super illud: Mulier, ecce filius tuus.

Propter quid enim nullius alterius meminit  
mulieris. Et nimirum et alia stabat,  
dicens nos plus aliquid prebere matribus.  
Sicut enim aduersantes mulieres circa spiritualia  
neque nosse oportet. ita quando nichil impediunt  
omne decens utique prebere eis et ante alios eos  
ponere pro quibus genuerunt pro quibus aluerunt.  
pro quibus decem milia sustinuerunt uersuta.

Iohannes Chrysostomus, *Explanatio in sanctum Iohannem*, 85 (Paris, BnF MS lat. 15284,  
fols.151vb-152ra, ll.44-47, 1-5). cf. PG 59,  
col.462, ll.26-31.